



VALETVDINE.

42

Humidum longè exuperat, unde & sitis maior exoritur. Elixis itaq; utendum, cibusq; frigidis ac potione tum multa tum diluta. Vinum autem uinosum & purum euitandum, ut quòd facile inflammetur, & uolento aestu uehementem calorem incendat.

Tertio de Autumno, ut scilicet per Autunnum Autumni à fructibus autumnalibus, uuis scilicet, Persicis, Ficus cibi, bus, & similibus abstinence, uel modicè saltem de ijs edatur: generant enim sanguinem putrefactioni accommodum, ob ebullitionem, quam in corpore & humoribus faciunt, & maximè in stomacho immundo in autumno sæpius accidere solet, unde malæ sequuntur ægrotudines, nimirum uariolæ, morbilli, & pestilentia. Pro maiori notitia uictus salubris per autunnum, cauendum est, ne famem & sitim patiantur, uel cibo una hora repleantur, ut præcipit Rhazes 4. ad Mansorem cap. 26. de regimine corporis, secundum anni tempora. Vinum autem quod bibitur sit paulo liberius dilutum, neq; tamen immodicè, ut corpus humectet, & calorem reprimat; minus etiam quàm in æstate bibendum, ne natura per id tempus debilitata, digerere renuat, & calor obtusus, uentositates & colicam generet.

Quarto de hyeme. Tempore siquidem hyemali Hyemis tantum edendum quantum uolumus, id est, plus quàm cibi parci cæteris temporibus, teste Auicenna Phen. 2. 1. Doctr. 2. cap. 6. Et Galeno, in com. 17. libro. 1. Aphorif. Hyberno inquit tempore multa quidem danda sunt

F 2